Fragmentarium

quaerendo. Quaerebant audire a domino ego sum christus. et fortasse de christo secundum ho[...]
ebant. Praedicaverunt prophetae christum. sed divinitatem christi et in prophetis et in ipso e[...]
nec haeretici intelligunt. quanto minus iudaei quibus velamen est super cor eor[um]
quodam loco sciens dominus iesus eos de christo secundum hominem sapere non secundum deum secundum
quod erat non secundum id quod deus in assumpto homine permanebat. ait illis. Quid vo[...]
de christo cuius filius est. Responderunt secundum opinionem suam. David. Hoc enim legerant
solum tenebant. quia divinitatem eius legebant sed non intelligebant. Dominus a[...]
suspendit ad quaerendam eius divinitatem cuius contemnebant infirmitat[em]
eius. Quomodo ergo david in spiritu dicit eum dominum. dixit dominus domino meo sede
a dextris meis donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. Si ergo david in [...]
eum dominum quomodo filius eius est. Non negavit sed interrogavit. Nec quis hoc cum aud[...]
iesum negavit se filium esse david. Filium david dominus christus si se negaret
eum invocantes non illuminaret. Transibat enim aliquando et duo caeci sedeb[ant]
viam clamaverunt. miserere nostri fili david. Qua voce audita mi[...]
destitit. sanavit. lumen dedit. quia nomen agnovit. Dicit et apostolus paul[us]
ex semine david secundum carnem. Et ad thimotheum. Memor esto dominum ie[sum]
surrexisse a mortuis ex semine david secundum evangelium meum. Quia de [...]
originem virgo maria ducebat. inde dominus de semine david. Hic [...]
christum quaerebant ut si diceret ego sum christus secundum quod illi solum sapiebant de [...]
calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem. Plus est quod eis respondit
de filio david volebant calumniari. ille filium dei se esse respondit. Et
dicite. Respondit eis iesus. loquor vobis et non creditis. Opera quae ego facio [...]
patris mei hic testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis quia non
ovibus meis. Iam superius didicistis quae sint oves. Estote oves. Oves es[tis]
oves pastorem sequendo sunt. Oves redemptorem non contemnendo sunt. O[ves]
ostium intrando sunt. Oves exeundo et pascua inveniendo sunt. Oves etiam
do sunt. Quomodo ergo illis dixit non estis ex ovibus meis. Quia videbat e[os]
pitium interitum praedestinatos non ad vitam aeternam sui sanguinis pretio c[...]
Oves meae vocem meam audiunt et cognosco eas et sequuntur me. et [...]
tam aeternam do eis. Ego sum pascua. Si recolitis superius dixerat et ingr[...]
et egredietur et pascua inveniet. Ingressi sumus credendo. egredimur moriendo
post ostium fidei ingressi sumus sic fideles de corpore exeamus. Hoc enim pro ipso [...]
egredimur ut pascua invenire possimus. Bona pascua vita aeterna dicitur. [...]
herba arescit. totum viret. totum viget. Solet quaedam herba dici se[...]
ibi solum vivum invenitur. Vitam aeternam inquit dabo eis ovibus meis. Vos
nias propterea quaeritis. quia de vita praesenti cogitatis. Et non peribunt in ae[ternum]
audis tamquam eis dixit. Vos peribitis in aeternum. quia non estis ex ovibus meis.
et eos quisquam de manu mea. Intenti accipite. Pater meus quod dedit mihi mai[us]
potest lupus. Quid potest fur et latro. Non perdunt nisi ad interitum praedestinatos. De il[lis]
ovibus de quibus dicit apostolus. novit dominus qui sunt eius. et quos praescivit ipsos et praedestinavit
destinavit ipsos et vocavit. quos autem vocavit illos et iustificavit. quos autem [...]
vit ipsos et glorificavit. de ovibus istis. nec lupus rapit. nec fur tollit. nec la[tro]
Securi sumus de numero earum qui pro eis novit quod dedit. Et hoc est quod ait. Pa[ter]
eas quisquam de manu mea. Et item ad patrem. Pater meus quod dedit mihi ma[ius]

License: public_domain – Antwerpen, FelixArchief, WK # 10, upper flyleaf verso – Augustinus Aurelius, <i>Tractatus in evangelium Iohannis</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-lk5v/10467/76321)